



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

VI. Der Rath zu Spandow stellt die Bäcker Gilde her, welche er wegen der vor der Erndte stattgefundenen Theuerung aufgehoben hatte, am 30. November 1317.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

ben die selue Riddere uns vor iowelke Huue ghegheuen tein Marck wendescher Penninghe; wie moghen ock wedder kopen, oft wie willen, binnen ses Jaren, die Bede unde den Waghendienst des vorbenumeden Dorppes umme dat selue Gheld, dat sie uns dar umme ghegheuen hebben, io vor iowelke Huue tein Marck wendescher Penninghe, also dat vorbenumede is. Wie bekennen ock vorbat in disseme oppenne Briue, so wenne wie dat Gheld bered hebben al tu male den vorbenumeden Ridderen van deme daghe vord over twe Jar, so scolen die selue Riddere die Bede unde den Waghendienst unde den anderen Dienst, die dar ave komen mach, van deme seluen Dorppe tu Ru-leuestorpp, opnemen tu orer Nud. Swen aver die twie Jar denne umme komen sin, so scal die Bede unde Dienst des seluen Dorpes unse weder sin unde an uns valle. Unde up dat disse vorbenumede ding gans unde stede bliue, so hebbe wie disen Brif scriuen laten unde befehelled mede unseme Inseghelle. Disse Brif is ghegheuen in der Stad Prinzlau, na der Bord Godes Dufend Jar, Drie Hunderd Jar, in deme Selteinden Jare, des Vridaghes in der Pasche Weken. Desser Dinghe der sind Tughe: Hern Jan Polen unse Cappellan, die Proft von Stettin, Hern Bernard von Nighenkerken, Her Wedeghe von Wedele, Her Curd Ubesco, Her Ritbrecht von Berlyn, Her Teslaw von Benenhufen und Her Olrick unse Scriuer unde velle ander berderve Lude, den wol tu truwende seid.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives. — Hoefers Auswahl Nr. 39.

VI. Der Rath zu Spandow stellt die Bäcker Gilde her, welche er wegen der vor der Grndtstattgefundenen Theuerung aufgehoben hatte, am 30. November 1317.

In nomine Domini Amen. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis seu auditoris Nos consules civitatis Spandowe salutem et in Domino magnam prosperitatem. Ferrum rubigine confumitur et lapides vetustate deficiunt, multo fortius institutiones hominum aut pacta labentur a memoria, nisi testimonio scripti ac scripture confirmarentur. Hinc est, quod nos consules civitatis Spandowe notum esse cupimus tam presentibus hominibus quam futuris, quod piftores nostre civitatis Spandowe anno ab incarnatione Domini M^o. CCC^o. XVII^o., in die Andree ad nostram venerunt presentiam propter officium pinsacionis ac pisture ipforum, quod in vulgo Backwerck dicitur, rehabendum, quod inquam officium a nobis illo tempore fuit libere datum et renunciatum, et propter compositionem nobiscum faciendam, Tandem ipsi piftores, apud nos inveniunt gratiam et compositionem et grato animo atque benivola voluntate compositionem nobiscum inierunt, nec non facientes sub hac forma, quod singulis feriis pro his et hoc in diebus forenlibus panes debent induci a locis extraneis et ab alienis aptari, et quod plus est, nemo, qui panem suum in foro annuali ad vendendum apportaverit, debeat ab predictis pistoribus impediri nec in aliquo penitus aggravari; compromittentes etiam prefati piftores, quod neminem debent suscipere seu mittere ad opus ipforum, quod in communi vocabulo Backwerck vocatur, nisi civilia, quod proprie burfcap dicitur, a nobis prius acquirat. Post autem sepe dicti piftores illis aut illi assignare debent tria maneloquia, i. e. Drymorgenspraken, illis autem locutionibus tribus finitis piftores cum illo aut illis ad presentiam nostram venient. Si talis fuit, qui sit dignus officio ipforum ac satis idoneus, nos ex

parte una, piftores ex parte altera illi aut illis illud opus, quod Backwerch dicitur, licenciemus. Ceterum vero si aliquis pistorum effiet, cui continget ingredi viam uniuersae carnis, sicut accidit multotiens et adhuc accidere possit, si tunc filius illius pistoris unus aut duo sibi opus piffationis, quod opus Backwerch vocatur, acquirere vellent, ille aut illi filii admittentur ad praefatum opus, Sicut fuerint iure admittendi, et sicut fuit iustum seu iustitia postulat. Insuper si talis caritas iterum fiet aliquo modo, sicut fuit anno ab incarnatione Domini M. CCC. XVII^o. ante tempora messis, tunc piftores sunt arbitrati coram nobis, quod nos opus ipforum, quod Backwerch vocatur, libere ponere iterum debeamus ac omnino renunciare et omnibus communicare, quousque deus tempora et statum terre emendabit. Postremo si aliquis effiet, qui predictas institutiones a nobis ex parte una et a vobis ex parte altera factas ausu temerario aut sua malitia impedire vellet aut frangere presumeret; tunc ipsi piftores elegerunt coram nobis, quod si nos illum duobus testibus idoneis atque viris probis superare ac vincere possemus, quod ille pistor privari debeat suo officio ac ab officio suo noverit se esse suspensum ex parte nostra. Sin autem ille, qui predictas institutiones a nobis factas ex utraque parte frangere presumeret dicet, se fecisse ex ore omnium pistorum et ex parte ipforum omnium, si tunc ipsi piftores hoc omnes confessi fuerint, tunc item sunt arbitrati, quod opus ipforum sicut prius dictum est, quod Backwerch vocatur, a nobis in universo debet suspendi et omnino ab iis auferri, ita videlicet quod nullus pistorum penitus debeat amplius opus suum exercere. Novissime scientes, quod ipsi piftores sepe dicti nobiscum placitaverunt, quod nos panes, quos piffant venales, in singulis feriis quartis et in fabricis debemus examinare, utrum debitum modum piffationis tenuerunt ac panes suos bene piffaverunt. Perinde quod istud libera atque voluntate benivola actum sit, sicut promissum est, ipsis etiam pistoribus conferri fecimus seu dedimus in presentibus suas consuetudines et libertates, quarum libertatum prima est, quod quilibet servus, qui a novo debet instrui ac ab initio apponi ad opus predictorum pistorum, tenetur dare ipsis pistoribus in commune tres solidos: praeterea secunda est, quod si aliquis ipforum pistorum esset, cum sunt in suis locutionibus secretis, qui mala verba aut turpia diceret aut excuteret, ille deberet dare communitati pistorum sex denarios: tertia est, qui vero non fuerit in primo pulsu misse apud ecclesiam in parochia cum sua stipa et si non offeret, nec piffaverit ad antiquum, dabit item communitati pistorum tres solidos; si fuit, autem non primo pulsu, si non piffaverit nec offeret, dabit item in commune pistoribus sex denarios in parato. Testes vero hujus institutionis seu facti sunt viri idonei subsequentes, videlicet dominus prepositus Joh. dictus de Herfuede, sanctimonialium in Spandow, nec non Wernerus Pelz et Tidericus Lantrider, qui ex utraque parte prehabita placitaverunt tempore antedicto. Hujus etiam institutionis ex parte una interfuerunt subsequentes: Henricus Salomo, Johannes Langewriz senior, Nicolaus Stefphans, Henricus Prigart, Nicolaus de sancto Spiritu, Nicolaus Zughedam, Bodo, Tidericus Faber, Joh. Blankenvelde, Nicolaus Ghünterum, Rudolphus de Colonia, qui illo tempore fuerunt consilarii et consules civitatis Spandowe. Ex parte altera interfuerunt piftores illius temporis videlicet Lambrech Rust, Joh. Went, Joh. Nacke, Nicol. Runghe, Joh. Mulynk, Reineke Trunt, Marcus Lubatz, Joh. Lubatz, Ghyfo Defconenvlitz, Joh. Umbeworren, Arnoldus de Saukorn et alii quam plures fide digni. In cujus rei testimonium praefens factum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum anno domini M^o CCC^o XVII^o, in die Andree.

Nach Fiedlein's Mittheilung aus dem rathhäuslichen Archive zu Spandow.